



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 47. S. Clemens obitus, & opera ejus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Angelo datæ instructiones. Alicubi di-
cit; Filium Dei omnibus Creaturis an-
tiquiorem esse. In alio loco, Angelum
sanctum Michaellem potestatem habere
in populum Christianum, & eum guber-
nare. Alibi ait; Apostolos post mortem
suam Jesum Christum annuntiasse San-
ctis, qui eos in morte præcesserant, iis-
que Baptismum dedisse, sine quo eorum
bona opera fuissent inutilia; quod intel-
ligi debet non de aqua, sed de gratia Ba-
ptismi; fuitque hæc multorum antiquo-
rum opinio, Apostolos mortuis prædicas-
se, sicut S. Petrus idem de Jesu Christo
dixit. Denique subjungit; Revelatio-
nes, & visiones illorum bono esse scri-
ptas, qui de veritate eorum, quæ didi-
cerunt, dubitant, & argutantur, ut vacil-
lans eorum fides roboretur.

Sæculum I.
A. C. 77.

Simil. IX.

n. 16.

V. not. Cotel.

Clem. Alex.

2. Strom. p.

679. 6. Stro.

p. 638.

1. Petr. 3. 19.

Vis. 3. n. 4.

Clem. Alex.

1. Strom.

in fin.

§. XLVII.

Mors Papæ S. Clementis, & scripta ejus.

S. Clementem Papam rexisse ajunt Ec-
clesiam Romanam ferme decem an-
nos, usque ad annum octavum Vespasia-
ni, Jesu Christi septuagesimum septimum.
Ei successit S. Cletus; ideo tamen certum
non est, S. Clementem fuisse mortuum;
aliqui enim referunt, eum Cathedra Pon-
tificali cessisse, ut schisma evitaret, & de-
mum

S. Cletus.

Lib. Pont.

Catal. Buck.

Epiphanius

hær. 27. c. 6.

Sæculum I.
A. C. 77.

*Eus. III.
hist. c. 34.
Hier. de
Script.*

num multo post tempore fuisse defunctum vita, scilicet anno Jesu Christi centesimo. Martyribus celeberrimis accensetur. Propter Doctrinæ famam factum, ut ipsi omnes libri, qui antiquissimi post libros Canonicos habebantur, & de quorum auctore non constabat, fuerint attributi, quales sunt Canones Apostolorum, & Constitutiones Apostolicæ; sunt autem hæ Constitutiones quædam collectio omnis Ecclesiasticæ Disciplinæ saltem pro partibus Orientis, quæ sæculo tertio posterior esse non potest. S. Clementi itidem auctori tributæ sunt ejus sic dictæ Recognitiones, qui liber vitæ ejus historiam, & mirabiles parentum suorum agnitiones continere dicitur, & quia auctor, quisquis ille fuerit, etiam ibi itinera S. Petri, & cum Simone Mago pugnas describit, dictus quoque est S. Petri itinerarium. Denique aliorum adhuc scriptorum Apocryphorum, quæ Clementinarum Nomine collectæ sunt, S. Clemens Auctor credebatur; nihil vero certi habemus, nisi Epistolam ad Corinthios, quam retulimus. (*)

XLVIII.

(*) Hic Lutheranus Interpres Fleurii in Nota ad suam versionem Germanicam aliquot Scriptores Protestantes recenset, qui res Ecclesiasticas, aut Historiam SS. Pontificum persecuti sunt.